



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è
Societate Jesu**

Giuglaris, Luigi

Francofurti, 1684

24 Phares Iudæ Filius. Prodigia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38349

Ubi, post obitum peregrinatus, tandem quievit.
 Semel mortuus,
 Bis tumulatus,
 Ter flatus,
 Quater felix.

**P H A R E S
J U D Æ F I L I U S.
P R O D I G I A.**

Adolescens, quem cernis, Phares est:
 Matri incestu, Patris adulterio satus:
 Parentum dedecus, Nepotum decus,
 O Prodigium!

Duos fleverat Viros, eosq; Levitos Thamar.
 Tertio despensa Fratri, & fraudata.

Ne orbitatem heret,
 Fraudulentâ libidine, ab Judâ Socero Prolem furatur
 Nam pellax Pellex,
 Prostituo corpore, non vultu.

Filium concepit Matiti Fratrem, ignota Nothum,
 O dirum prodigium!

Obscuri sceleris palam convicta Meretrix,
 Accusatore utero, Socero Judice, ad flamas trahitur
 Ut Veneris crimen Vulcanus plectat,
 Et flammam expiet flamma.

Sed productis scoreationis præmiolis,
 Sigillo, sudario, baculo,
 Reum Judicem convicit tea,
 O implexum prodigium!

Sanctum adulterio misceri, adulterio sanctum gignit.
 Immò unico adulterio bis adulter Judas,
 Crimen geminat:

Quippe unico incestu, geminos gignit.
 Oprobrosum prodigium!

Gemello instante partu,

Ex etiam Zaræ dexteram purpura distinguit Obstetrix;
 Purpuratam dexteram in uterum revocat Zara:
 Et posterior Phares prior erit.

© 1761.

O divinum Prodigium !

Quid monstri ferunt hæ vices ?

An purpureum vinculum,

Ut Ægyptiæ caputvitatris omen, exhorret infans ?

An penitus in uterum resilit,

Ut purpuream Regni notam ostendat Fratri,

Cui divinæ stirpis authori debentur primæ ?

An quodd auroræ plágam significet Zara,

Purpuream auroræ notam coruscat,

Ut Solis instar procedat Phares ?

An gemini Populi præpostoræ notantur sortes ?

Nam qui legem primitis accepit,

A legis actis manūm retraxit.

O felix Prodigium !

Nemo utilius peccavit, quam Thamar,

Nam legitima arescente Judæ Prole.

Tota Judæorum Regum Silva

De spurio hoc Stolone propagatur.

Pro Providentia Consilio :

Ut decolor Hebræorum purpura

Haberet unde erubesceret:

Et Regali Throno oppositus Thamaris Thorus,

Tyrranicum typhum excuteret.

O maximum omnium Prodigium !

Regia Christi gentilitas hoc probro superbit :

Et Virginei partus Aviæ jactantur incestæ,

Dum Christi Genitores ex Thamare dicuntur Nati

Sive id augendo Divinorum natalium splendoris :

, Nam fædiore in nebulâ clarior elucet Iris.

Sive minuendæ severitati :

Dum criminum Vindex criminatos invenit,

O late Predigia !

Abi Viator, & Spera.

*F O B
ESAU PRONEPOS.
MONOMACHIA.*

In Arenam, ô Cives :

Gemini congregantur Athletæ,

Orteg.